

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Homo c cum fonte primo

Homo
cum in honore esset
non intellexit et cetera.
In quo honore? Habitabat in
paradyso et in loco uoluptatis
conuersatio eius. Nichil molestie, nichil
indigencie senciebat, odoriferis stipatus
malis, fulcitus floribus, gloria et honore
coronatus, et constitutus super opera
manuum plasmatoris; magis autem ob
insigne diuine similitudinis
precellebat; et erat illi sors ac societas
cum plebe angelorum et cum omni
milicia caelestis exercitus. Sed mutauit
istam gloriam in similitudinem uituli
comedentis fenum.

Bernardus super Cantica.

CUM IN HONORE ESSET (Psa. 48:13),
inquit.
«In quo honore?» quaeris. Habitabat in
paradiso, et in loco voluptatis
conuersatio eius. Nichil molestiae, nihil
indigentiae sentiebat, odoriferis stipatus
malis, fulcitus floribus, gloria et honore
coronatus, et constitutus super opera
manuum Plasmatoris; magis autem ob
insigne diuinae similitudinis
praecelebat; et erat illi sors et societas
cum plebe angelorum et cum omni
milicia caelestis exercitus. Sed mutavit
istam gloriam Dei in similitudinem uituli
comedentis fenum.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 35, 3-4 (SBO
1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.
Rochais eds., p.251, ll.9-17).